



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90117999

§. 39. Odo Episcopus Cameracensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66385)

Sæcul. XII. A.C. 1105. pacta Angliæ vigesima secunda Julii anno millesimo centesimo quinto condita sunt.

Eo majore lætitia Regem hæc reconciliatio affecit, quod fama prænuncia in Anglia, in Francia & Normannia jam tunc vulgasset, fore ut Archiepiscopus in Regem excommunicationis fulmen propediem intorqueret, ideoque illi, qui privato odio in eum accendebantur, audacius conqueri cœpissent. Itaque ut ostenderet, quantum exoptaret, Anselmum in Angliam redire, pollicitus est, se tam prompte nuncios Romam missurum, ut Archiepiscopus proximo Festo Natalis Domini Curia suæ interesse posset. Sed promisso non stetit, cumque legatos suos iter aggredi tardissime jussisset, nemo non intellexit, eum haudquaquam Anselmi in Angliam reditum cupere. Ita reliquum hujus anni tempus exactum est, & Anselmo Remos proficisci, atque Archiepiscopi & Canonico-
rum desiderio satisfacere vacavit.

§. XXXIX.

Odo Episcopus Cameracensis.

Narrat. to. 12. Spicil. p. 444. Hoc anno Manasses Remis Concilium celebravit, omnesque & singulos provinciæ suæ Abbates convocavit, nominatim vero Odonem Abbatem S. Martini Tornaci, qui Episcopus Cameracensis

sis electus, statimque ab Archiepiscopo & Sæculum XI.
 illius provinciæ Episcopis consecratus est. A.C. 1105.
 Hæc autem fiebant urgente mandato Pa- Sup. lib.
 schalis II. Papæ, indignantis, quod Gau- LXIII. §.
 cerius, in Concilio Claromontano ab Ur- 60.
 bano Papa ante annos decem depositus, Sup. lib.
 Henrici Imperatoris præsidio, se se in Se- LXIV. §.
 de Cameracensi tueretur. Conjicere li- 29.
 cet, Paschali Papæ tunc visum fuisse, oc-
 casione utendum, cum Imperatori, ex
 quo filius seditionem movisset, accisæ vi-
 res essent. Ergo epistola ad Manassem
 Archiepiscopum Remensem data præce- Narrat.
 pit; Suffraganeos suos convocaret, Epi- p. 446.
 scopum Cameracensem eligerent, & sine
 mora ordinarent. Sed non tanta fuit
 Archiepiscopi auctoritas, ut Odonem in
 possessionem Sedis Cameracensis mitte-
 re potuisset, quam Gaucerus uno adhuc
 anno, nempe usque ad obitum Impera-
 toris retinuit. Interim Odo ad Abba-
 tiam suam Tornacensem remissus, ubi-
 que, si Cameracum excipias, officiis Epi-
 scopalibus fungebatur.

§. XL.

Clericorum Leodiensium Apologeticum.

Robertus Comes Flandriæ se se Schis-
 maticorum in Dicecesi Cameracensi
 hostem professus fuerat; id enim ex epi-
 stola Paschalis Papæ cognoscimus, in qua
 ei propterea gratias dicit, hortaturque,

ep. 7.

H 5 ut